







12  
DISSERTATIO IVRIDICA INAVGVRALIS,  
EXHIBENS, QVAEDAM

20

1757/4  
SPECIALIA,  
IVRIS STATVTARII,  
PARCHIMENSIS.

QVAM,  
DEO CLEMENTISSIME ANNVENTE ET  
CONSENTIENTE

AMPLISSIMO IVRE-CONSVLTORVM ORDINE,  
IN ACADEMIA PATRIA,  
MECKLENBVRGENSI ET VARNIACA,  
PRAESIDE,

DN. ERN. IO. FRIED. Mantzeln,

SEREN. DVCIS REGN. MECKL. CONSIL.

P 522  
ET PAND. PROF. ORD. COM. PAL. CAESAR. FAC. IVR. SENIORE

ET AD HVNC ACTVM DECANO,

STVDIORVM SVORVM PROMOTORE BENEVOLO,

A. O. R. MDCCLVII. DIE III. MAII,

PRO LICENTIA,

IMPETRANDI DOCTORATVM VTRIVSQVE IVRIS,

H. L. Q. C.

ADVERSVS PLACIDE DISSIDENTENTES,

DEFENDET,

IO. CASPAR ERN. RINGWICHT,

SVMMI REGIMINIS ATQVE CANCELLARIAE DVCALIS, QVAE EST  
SVVERINI, ADVOCATVS ORD.

ROSTOCHII,  
LITTERIS ADLERIANIS.









I. N. D.

## INTROITVS.



Pro obtinendo gradu, Doctoris utriusque juris, more majorum, disputaturus, meditationes meas in urbem patriam, charissimum mihi Parchimum, defixi operamque aliquam, pro temporis arctioris ratione, impendi, in *Iuris Statutaru Parchimensis specialia*. Specialia inquam, quoniam singularia eadem appellare, vetat analogia, in variis, cum aliis iuribus, Non-Provincialibus, quippe quae per se valent, cessantibus specialioribus, non-communibus, vel germanicis vel Romanis; quoniam, qua eorum subsidium, Parchimum non abit a regula, sed Civitatensibus. Animus erat quaedam praefari, de originibus urbis patriae, sed eadem eadem Historicis, modo illi scribant aliquando, reiectis fabulis, pragmatice magis, hoc est ita, ut inde fieri queant conclusiones juridicae. Vnicum decerpam, nempe, quod ipsum nomen, non, jocando quasi, derivandum sit, a pari fratrum, Joachimorum, von einem Paar Chimmen, nec a Deastro quodam, Parcum appellato, vid. *B. Cordesii Chronicon speciale*, quod sua laude promerita non defraudandum, quoniam optandum, ut in qualibet civitate detur aliquando vir, otia, quae non deficiunt, in historiam specialissimam, qua plurimas urbes hactenus desideratam, impendens. Legit amor patriae, in patridomaniam licitam excrefcens, lubentissime talia. Sed properandum est, atque conjectura mea, de origine nominis, iudicio B. L. exponenda. Est inter reculas oeconomicas, species, quam dicimus *Parchen*. Fit nobile illud contextum vel ex lana tantum, vel ex lana & lino simul. Est solidum atque durabile, & vertitur in nocturna indumenta, quae



dicimus **Bett-Zeug** : impenditur etiam variis modis, in vestimenta diurna. Concinit nomen vestitus librorum & substratae materiae diplomatum, quam vocamus **Pergameen**, **Pergament**, item **Pargement**; Aetas incerta. Coniicio, sub originibus urbis, confluisse, eo loco, artifices, tale contextum, quod olim fuit magis in usu, quam hodie, excellenter parantes; Indeque concludo, quod istos manufacturarum, atque hinc mercaturae, quia bona initia non manent sine augmentis, sit in ratione status Parchimensis. Detur venia, si conjectura aberrat. Videatur tamen etymologia in lingua graeca, latina, gallica, (quae parchemin eloquitur) et aliis cardinalium filiabus. Legatur Epistola D. Pauli ad Timotheum altera cap. IV. v. 13. Cogitetur de nomine Pergami, quod occurrit in Apocalypsi Joh. cap. I. v. II. & alibi. Est inter dieteria, quando de bonitate panni, lintei, aliorum agitur: **Es ist Zeug wie ein Pergameen** In antiquissimis chartis Rostochiensibus obvenit strata (ita scribebatur) pergamentariorum. Putatum fuit aliquando, fuisse eandem die **Buchbinder-Straße**; alii habuerunt pro ea die **Wollen-Weber-Straße** & quidem a metaphora dicta. Forte datur tertium, quod nempe hic loci fuerit, ante chartae scriptoriae modernae inventionem, de cuius aevo solerter & non sine insigni usu practico disputatur. vid. ex multis, qui pluries, quam Mabillonius sunt in his terris, ad manus, *Dn. EKHARD in introduct. ad rem diplom. Sect. I. §. 34. Dn. JOACHIM Einleitung zur teutschen Diplomatif pag. 30.* s. ries opificum, ex pellibus variis, pergamentum parantium. Sed fatis, in gratiam benevolorum. Deus T. O. M. secundet principale meum propositum, quam clementissime. Protegat idem integram patriam provincialem Mecklenburgicam: Faxit, ut reflorescat & floreat civitas, inter primarias una, gratissimum illud Parchimum, ad usque invidiam.

TRACTA-





# TRACTATIO.

## CAPUT I.

### CONTINENS GENERALIA

#### QUAEDAM.

##### §. I.



Non datur, in terris Mecklenburgicis, ulla civitas, quae non haberet specialia iura, a communi romano-germanico & patrio provinciali jure discrepantia. Plurima consuetudinis sunt. Scripta enim, propter jus publicum, rarissime, praeter receptitia ex Principum gratia, dantur: archivorum scriniis occultantur, forte passim multa, quae existente casu, ex illis decidendo, in memoriam & notitiam non veniunt.

Convenit interim judici, pariter ac causarum patrono, explorare statuta & singularia civitatum, ubi aut jus dicit, aut clientum causas in foro tractat, defendit. Turpe enim





enim est, ut cum Imperatore loquar, patricio & nobili, & causas oranti, jus, in quo versatur, ignorare a).

Ut singularum civitatum jura, seu consuetudines in scripta redigantur, publicique juris fiant, oprandum quidem, cum aliis. Habentur etiam varii scriptores atque collectores passim; verum, vel obiter, vel non ex genuinis fontibus hausta publicantur, & justitiæ administratio sæpe magis turbatur, quam promovetur, per trusa in lucem singularia, perque differentiarum editores.

Quantum fieri poterit, ego evitabo ejusmodi nævos, periculum facturus, specialia juris, patriæ civitatis Parchimensis, enucleaturus. Notitiam eorum, scrutando olim per aliquot annos judicia illius, sum nactus; accedunt documenta ex registratura Parchimensi mihi gratiosissime communicata.

## §. II.

Antiquitus in Germania, pariter ac in his terris, plus boni valebant mores, quam scriptæ leges, ut loquar cum Tacito. Lites peragebantur ex æquo & bono, & legibus deficientibus scriptis, per senes, qui judiciis præerant, viros, secundum observantiam & consuetudinem decidebantur. Et talis erat, usque ad sæculum decimum tertium, judiciorum status b), donec ab Italis, jure Romano utentibus, addiscerent Germani, certiozem, ut ajunt, normam, in corpora & scripturam redactam, actiones futuras dirigentem. Jus Canonicum, quod ex multa parte a Pontificibus Romanis, ad extenuandum jus civile Romanum, passim evulgatum, non minus ad æmulationem allicie-

a) l. 2. §. 34. ff. de O. I.

b) CONRING de origine juris germanici, C. 25.





alliciebat illos: hinc ipsimet hi consuetudines usque adhuc per memoriam traditas, initio sæculi decimi tertii scripturæ sacrare incipiebant, c)

§. III.

Aures arrigebant Proceres nostri. Leges Saxonicae, ab Epkovio de Repkow compilatæ, & ex quibus campos suos rigarunt Lubecenses, in recenti erant memoria; quippe quæ conveniebant variis consuetudinibus, in Megapoli usitatis.

Civitates itaque obtinebant ex gratia Principis BUREVINI, *gloriosissimæ memoriæ*, privilegia multifaria, cum usu certæ scripturæ. Rostochio, civitati, per commercium maritimum, & societatem Hanseaticam iisdem fere cum Lubeca consuetudinibus assueto, conferebatur juris Lubecensis usus d). Parchimum eodem tempore, anno nempe millesimo ducentesimo decimo octavo, ab hoc Augusto Principe privilegium obtinebat, cum aliquo proprio jure concepto.

§. IV.

Hujus privilegii ex archivo Parchimensi depromti, extractum, jura scripta continentem, accipiat B. L. Augustia temporis, aliæque causæ, non patiebantur, ut copia integri diplomatis mihi daretur. En!

*Item quicumque civis accommodaverit bona sua qualiacunque alicui extra civitatem & ille non solverit, in civitate detineatur, donec solvat, ut justitiam exhibeat.*

Item

e) *Conring l. c. C. 26.*

d) vid. SIBRANDI *urbis Lub. &c. jura publ. Sect. 10. n. 3. 4.* legantur *Die Rostockfchen Anzeigen, do anno 1752. n. 7.* item nuperrime editum opus.





*Item datum est omnibus in terra morantibus quod nullum ad Concilium quod Marcdinc vocatur sunt compellendi similiter ad jus feudale quod Lehnrecht vocatur sunt minime compellendi Jed tantum ad jus quod Manne-recht vulgo sonat.*

*Item equam partem habere debent filie cum filiis in omnibus bonis tam feudis quam aliis & si non sunt filii prestari debent filiabus bona patris.*

*Item si contingat mori aliquem cujus filii non receperunt bona sua vivente patre prestari debent bona que patres eorum possiderunt a paganismo et cultu silvestri.*

*Item concedimus ut ea que Herwede dicuntur & muliebria que Wiberade vocantur minime dentur sed hereditas est per medium dividenda.*

*Item quicumque obtineat bona sua & obtenta possidet diem & annum nullus debet vel poterit infringere pretendens rationem prioris beneficii. Super hec omnia unicuique ita concessa sunt bona sua premissa cum omni jure & a nemine hominum patiatur molestiam l. gravamen.*

§. V.

Erat quidem jus grammaticè scriptum, admodum tamen incompletum. Opinio & ratio status invehebant Jura Saxonica, Lubecensia, alia; & valde credibile est, quod jam tempore Burevini præter privilegia, series statutorum civitatis in scriptis exstiterit; in æmulationem vulgati Juris Saxonici, Lubecensis ac Suerinensis, quippe quæ plurima sub se comprehendebant capita, & ex quibus jus, Parchimensibus datum, præcipue conflatum. Ex majoribus civitatibus jura potiora, hinc & Parchimensia, tran-





transibant, adoptabantur et conferebantur aliis. Sternberga Graboviaque testes sunt specialiores e)

Sunt vero hæc statuta, per temporis injuriam, & per in foro versantium incuriam, qua systema, manibus elapsa. In archivo Parchimensi reperiuntur in XXIX. §§. consistentes scriptæ positiones, quarum indicat stylus, quod aut ex vetusta in hodiernam linguam sint redactæ, aut etiam novissimo compilatæ tempore. Scriptæ sunt absque consule & die, hinc de illarum origine non exstat memoria. Apponerem integrum complexum, nisi quædam obstaret religio f).

§. VI.

Non dubito, quin hæc statuta habeant vim obligandi cives incolasque, qui sub civitatis sunt jurisdictione. Pro novis legibus ea enim non vendito, quas ferendi jus, magistratui, licet consentientibus civibus, absque consensu Principis non competit: & quo, per jus publicum, non ultra ordinationes mere intestinas gaudent.

In illis sunt comprehensæ consuetudines, usitatæ per longinquum tempus & tacito Principis consensu probatæ: Hinc non inducunt aliquid novi, sed vetera tantum jura in se continent, & pro memoria in scriptis sunt asservata,  
B ut eo

e) vid. *ALLGEMEINE Beschreibung des Herzogthums Mecklenburg, Tom. 2. p. 206 & 619.* & maxime *Perillustris Dn. de WESTPHALEN Spec. docum. ined. Mecklenb. a p. 123.* ubi in diplomate Hinriciano, ex anno 1309. ita legitur: *Das wir gnädig verleihen das Recht, welches auf teutsch das Parchimische Recht genennet wird.* De idiomate originario dubitatur merito.

f) *conferatur B. CORDESIVS in Chron. Parchim. p. 6.*





ut eo melius manerent in usu: præsumtio est quoque in dubio, quod tempore, vel conditorum vel irrepentium, non irrationabilium, statutorum, accesserit quædam publicatio, observantiam eo melius stabiliens. Viridi ut plurimum, testante praxi, corroborantur usu. Stat tamen sententia, quod non pro jure scripto, in sensu juridico, sed pro consuetudinario in scripturam redacto, omnia atque singula sint accipienda,

§. VII.

Gliscunt præterea consuetudines, quæ non inveniuntur in chartis: sunt tamen non extra omnem observantiam: id, quod patria mea dulcissima, cum omnibus civitatibus, immo Regnis & Provinciis habet commune, per definitionem, quod consuetudines sint jura, ex casibus: quum contra leges sint ante casus, unde nonnullæ passim illarum adhuc solent virgines dici.

§. VIII.

Dantur itaque Parchimi jura quidem scripta, quæ continentur in privilegio illo Burevini; maxime tamen sunt consuetudinaria. Errant, qui eadem simpliciter venditant, pro Juribus, vel Lubecensibus, vel Saxonis, vel Marchicis, vel Suerinensibus, aliis. Sic ex chronico CORDESII g) quem Theologum legum fugiebat notitia, erratur a multis scriptoribus h). Rectius constituunt jus proprium & speciale, in aliquibus partibus, cum dictis juribus concordans: id quod, per essentiam veritatis princi-

g) vid. *Chron. Parch.* p. 6.

h) KLÜVER c. l. p. 296. TORNOV *de feud. Meel. in præfat. de WESTPHAL loc. cit. item diss. de indole præct. Jur. Lub. in Civit. Meckl.* §. 3.





principiorum & rationis status atque politia sobria non debuit non emergere atque palpari. Ito per omnes civitates Mecklenburgenses, & habebis similia, ex quibus, cum damno justitia creberrima sunt enata lites, qua quaestiones receptionum, quales secundum quid tales neutiquam statuimus. *Vid. Dn. PRAESIDIS diss. de ratione status Juris Lub. & de praestantia Jur. Lub. qua fidem civium augendam.*

## §. IX.

Hæc dissertatio dicata erit Juri Parchimensi, a jure communi & provinciali recedenti, differenti. Placuit illam, cum patribus, per jus personarum, rerum & actionum distinguere.

## CAP. II.

DE

SPECIALIBUS PARCHIMENSIBVS,  
QVA JUS PERSONARVM.

## §. X.

**I**n privilegio Principis Burevini datur civibus facultas, exteros, ob debita, personaliter arrestari. Habentur verba:

*quicumque civis accommodaverit bona sua qualiacunque alicui extra civitatem & ille non solverit in civitate detineatur donec solvat & justitiam exhibeat.*

Verba sunt generalia, & in causa per se odiosa, scilicet arresti, ad rationabilia principia atque ad conclusiones hypotheticæ restringenda. Non itaque solum tale arrestum fiat necesse est,

B 2

a) au-





a) autoritate iudicis sed &

b) observentur requisita novæ legis, veteri, si non plane derogantis, tamen illam interpretantis, moderantis. Respiciatur igitur *Ordinatio Dicasterii Provincialis* i) ut & der Landes-Grund-gesetzliche Erb-Vergleich. k)

c) ob oculos semper habeat iudex imploratus privilegia corporum, ordinum & personarum. Cogitetur de jure singulari Nobilium, de privilegio e. g. Rostochien-sium, & ad manus sint scriptores de arrestis, MEVIUS vel HOLLAND, cum aliis, pariter ac praxin tradentes, in terminis, BRVNNEMANNVS, STRYKIVS, LUDOVICI, ESTOR, alii.

Tribus: cum grano salis & caute hoc jus, hocque privilegium applicetur.

### §. XI.

Competit cujusque civitatis magistratui aliqua cura internæ politix, cujus limites sunt extra nostram sphaeram. vid. MEV. ad *Jus Lab. qu. prel. 2.* HOPP. *Exam. Inst. Lib. 1. tit. 2. qu. 16. 1)* Respicit & eadem usum armorum, inter cives, ad effectum coercionis, sive agatur de armis proprie militaribus, sive de venatoriis, sive de gladiis, qui honoris atque ornatus gratia gestantur. Ratio est varia atque palpabilis, maxime qua sclopeta, intuitu periculorum vitæ & incendiolorum.

In

i) p. 2. tit. 39. von Arrest und Nummer.

k) d. d. 18 April. 1755. S. 414.

l) R. Imp. de 1500. tit. von Uebersüßigkeit der Kleider. Reform. polit. de 1530. tit. von unordentl. Kleidern, de 1577 tit. 9. von Unordnung und Rößlichkeit der Kleider.





In Parchimensibus statutis artic. 8. certa præscripta est norma. verbis:

Keinem Bürger, deme es nicht gebühret, soll, ohne Erlaubniß E. E. Raths, Ober- oder Unter-Gewehr in der Stadt zu tragen erlaubt seyn: er habe dann ein richterliches Amt, sey ein Stadt-Diener, oder auf die Wache bestellet. m)

Prohibetur civibus in genere arma gestare, exceptis iis, quibus competit, & in specie publico officio juridico fungentibus, item apparitoribus & civibus, ad vigiliis destinatis, quippe quos ut milites armis instructos esse oportet n). Vigore textus igitur & per regulas hermenevticas dantur civium ordines, quibus competit licentia, gestandi gladios. Reservatur etiam dispensatio; meum non est, limites figere. Mutantur etiam tempora. Cogitetur, de factis gladiatorum academicorum. Præstat omnino pauciores circumferri gladios & quam vellemus, nullos pueros iisdem alligari. Averterentur sæpe tristitia, quae aliis non eveniunt locis, ubi, qua ferenda arma, major habetur cura. Audiantur veteres e.g. Speculator Saxo, ita ex jure loquens:

In einer Burg, in Städten oder Dörfern, soll auch niemand, der darinnen Wohnung oder Herberge hat, ein Schwerdt tragen. Doch muß man wol Waffen führen, wenn man dem Gerüft folget.

B 3

De

m) Die Feuer-Ordnungen, evolvantur. Ex Statutis Academiae Rostochiensis, legatur passus: scloperum in urbe non est explodendum. *Leg. elegans diss. DEINLINI, de singulari custodiendorum ignium cura & inspect.* von der Feuer-Schau. Alt. 1748. Add. Meckl. Intell. Bogen de 1749. n. 34.

n) *L. pen. ff. de rest. milit. l. 3 t. C. locat.*





De jure Mecklenburgico quod analogiam cum aliis ut plurimum servavit, ante annum ætatis XVIII. nequidem filiis nobilium, olim licuit gestare gladios o).

§. XII.

Urgente necessitate, imo semper, nisi præsidarii adsint milites, civium est officium, observare civitatis portas, ac vigilias noctu dieque agere. Parchimenses sunt sub hoc onere per artic. 9. statutorum :

Die Bürger, dicitur, sollen Zeit der Not und wenn es ihnen wird angefaget, des Tages in den Thoren sitzen, auch des Nachts die Wachen bestellen, oder an ihrer Stat, eine genüghaste tüchtige Person dahin verordnen.

Deficientibus illis, agitur communis causa & tempore necessitatis omnibi, etiam in pagis, obtinet jus quasi-sequelæ, contra turbatores quietis publicæ & omnes illos, qui non ex imperio, sed ex petulantia faciunt strepitus atque cohortes.

Observatu dignum est, quod hoc officium civibus solum personaliter, cum pluribus, e. g. onere hospitacionis militum incumbat, cum aliis in locis talia onera spectent ad realia, & indistincte a rerum immobilium possessoribus veniant præstanda. Scribitur hoc ex quotidiana praxi, idem probante. De necessitate sclopetaria, in qua primitus fundatum das Königs-Schießen, differere non vacat,

§. XIII.

o) vid. MABILLON de re dipl. Lib. 2. C. 18. S. 7. & omnino Resp. Fac. Jurid. Rosl. in Selectis, fasc. 1. spec. 14.





## §. XIII.

Ad vigorem mercaturæ & commercii florem singularis pertinet illa dispositio, Juri Lubecensi conveniens, p) in statutorum Parchimensium artic. 12.

Gast soll mit Gast nicht handeln, auch kein Bürger mit fremden Gelde nachtheilige Kaufmanschaft treiben, bey Verlust der Waare, und anderer willkührlichen Strafe.

Interdictum ergo est, extraneis, inter se merces vendere ac permutare, ad quos contractus & objectorum species statutum est restringendum. Et ex periculo supprimendi concives, per commissiones opulentas (nam de pecunia aliena, mutuo accepta nihil est in textu) simul mercatoribus, aliorum pecuniis, in fraudem statuti, mercaturam exercere est prohibitum. Macte! cives sudant sub oneribus. Viatores, ut ita loquar, sunt ambulatorii. Verum, habet & suos hæc ordinatio nævos, unde, qua commissiones, non servatur, ullibi, hic articulus. Qua lineam primam, absit crassa interpretatio. Verus sensus est, quod non liceat merces, in magna quantitate ab advena in advenam transferre, civibusque præripere. Liceat uti vernacula: Wenn J. E. der Markt zu Rostock voller Wagens mit Korn wäre, und ein am Strande liegender fremder Schiffer, wollte dasselbe Korn kaufen und unmittelbar in sein Schif bringen lassen. Ein fremder Schiffer käme vom andern Ort, und hätte Ladung, die wollte er an einen andern fremden Schiffer, binnen Hafens, oder am Strande verkaufen. Der gleichen ist verboten.

Facile

p) L. 3, tit. 6, art. 7.





Facile, ex eminentioribus exemplis, ad alia concluditor. Excipiuntur tamen nundinæ; durantibus quibus, hospes cum hospite commercatur; non qua frumentum, sed qua alia. Verum notet B. L. quod advenæ venditores fiant in nundinis cives temporarii.

## §. XIV.

Non poterat non, hæc scribenti incidere restrictio, intuitu advenarum, qua nundinas. Est autem illa passim, quod præfigatur hora, (de nundinationibus pecoris sermo est) antequam nulli non civi licitum est, emere, maxime bestias, esui humano apras. Rostochii carnifex (ratio est in seria voluntate) curat erigi, particulam arboris, es wird ein Busch ausgesteckt, und bevor derselbe wieder weggenommen, darf niemand, der weder Bürger noch Einwohner, ein Thier kauffen. Animalia in genere exprimimus, bene tamen gnari, quod in hac specie. Vieh & Pferde, ab aliis, ut male, contradistinguantur, ita, ut, Vieh significet sigillatim animalia, quæ possunt fieri Schlacht-Vieh. Perlustretur catalogus nundinarum, & palpabitur frequenter servata expressio, des Vieh: und Pferde-Markts. Evolvantur Selecta Jurid. Rostoch. q) ubi Privilegium a Duce Joh. Alberto gl. m. civitati Friedlandiæ anno 1625. tributum, verbis:

Haben wir der gesamten Bürgerschaft und allen Einwohnern eine Stunde zum Vorkauf aus Gnaden indulgiret; unmittelft dem ein grüner Strauch oder Baum aufgerichtet, und so lange der nicht nieder gehauen 2c. 2c.

## §. XV.

q) *Fasc.* 3. p. 123.





## §. XV.

Merentur præterea legi, Commentatores ad art. Juris Lubecensis concernentem. *DN. STEIN* derivat, cum Marquardo, hunc passum, ex Recessibus Hanseaticis, speciatim ex illo, de anno 1494. Urget idem rationem, a conservatione civium. Placet inferere eiusdem verba: Wenn diese Verordnung nicht wäre, würden auswärtige Käufer :: vielmahlen von auswärtigen Verkäufern erhandeln. Dadurch würde es geschehen, daß denen einheimischen Handelsleuten :: die Waaren auf dem Halse liegen blieben, wodurch sie dann in Schaden gesetzt und bey aller, an ihren Ort sich befindenden Handlung, gar sehr zu Furg kommen würden. *Legatur MEVIUS. Evolvatur SCHOTTELIUS* r). Omnino enim jus Stapulæ ad idem tendit. Jus emporii est insigne. Audiatur *LEUBERUS* ex deductione sua *stapularia* s): Aber wo das Jus emporii in vollem Flor ist, da mag ein Fremder wohl fremde Waare zuführen, solche niederlegen und des Ortes verhandeln oder verkauffen, und zwar alleine den Bürgern. Aber, an solchen Orten, dürfen Fremde von Fremden keine Waaren erhandeln, sondern die Fremden müssen diejenigen Waaren, so sie erhandeln und erkauffen wollen, alleine von den Bürgern des Orts kauffen, erlangen und handeln.

Conferatur publicum Scriptum Hamb. ex anno 1620. Quæ de nundinis supra annotavimus, referuntur ad exceptiones, de quibus haud parum est sollicitus laudatur Dominus *STEIN*, C Sed

r) in tract. von unterschiedlichen Rechten in Teutschland C. 26. vom Stapel-Recht. Speciatim §. 14. seqq.

s) n. 490. f. Recess. Hanf. de 1494. non est in Willebrandina eleganti Collectione.





Sed satis de hac materia, cujus scrutatoribus patent scripta, a SCHOTTELIO & MEVIO allegata, quibus, post eorum tempora, accessit longum repositorium. *Kleiniana dissertatio, de nudinis solemmioribus*, nihil habet, ad rem meam faciens. *Ill. Dn. de BALTHASAR dissertat. copiosissima, vom Gast-Recht*, terse in rubro ad processum est restricta. *Ill. Dn. MOELLERI* elegans tractatio eosdem servabat antea limites.

Consonant plures civitates, eandem rationem status colentes. Rostochiense civiloquium, de cujus usu & observantia crebra publicatio dubitare non finit, ita fonat, numero primo:

**Das Gast mit Gast nich koven schall, unde neen  
Börger mit Gastes Penninge.**

§. XVI.

Jus retractus legalis, quod est competentia, certis personis ex lege data, rem immobilem, ab alio jam emtam, æquali pretio redimendi, secundum Jus Romanum non datur t). Equidem STRYK. u) aliquas species retractus ex eo deducere conatus est, sed vix illæ ad nostrum statum sunt applicandæ x). Retractus itaque, qui florent Parchimi & alibi passim, ex statutario jure fluunt, & fundantur in nexu consanguinitatis & vicinitatis. Statutum ita sonat, §. 20.

**Beÿ Verkaufung liegender Gründe, hat ein Bluts-  
Freund, und wenn der zu kauffen kein Belieben  
hätter**

t) MEV. P. 2. de 251. n. 3. REINCKING in Spec. opere de jure Retractus.

u) de succes. ab int. diff. 6. C. I. §. IX.

x) cit. aut. et L. §. XI.



hätte, ein Nachbar, und zwar, so viel die außer der Stadt belegene Garten, Aecker und Wiesen anbelanget, der Nachbar, so Stadt werts belegen, für einen andern, das nächste Recht, wozu ihm denn ein ganzes Jahr, von Zeit des Verkaufs, gelassen werden soll.

Præcedit itaque Parchimi, in collisione juris retractus, inter vicinum & consanguineum, posterior; & inter vicinos, is, cujus prædium versus civitatem situm, excludit alterum. Ad exercendum hoc retractus jus concessus est integer annus: qui vero annus, non, ex principiis Romanis, sed Germanicis est determinandus. Exsulat itaque annus utilis, qui in forensibus ut plurimum, propter dies nefastos, obtinuit. Nullum locum hic invenit additamentum feudale, sex hebdomadum triumque dierum, propter clara verba: Ein ganzes Jahr. Unde non opus erit disputare, cum aliis in genere, hoc loco, saxonizantibus. Vid. tamen STRUV. y) nec reticendum, quia interpretatio nostrorum civitatis omnino ex Juris Lubecensis analogia, etiam extra casum receptionis totalis, passim facienda, additamentum Tag, in illo jure de die naturali, non vero civili, esse accipiendum, statui, a DD. Habet illos in nuce, qui legit, B. HEINECCIUM 2). Clamabunt limitantes; a die scientiæ! sed respondet statutum: Von Zeit des Verkaufs. Salvis exceptionibus, in casu doli &c. qua minores etiam & similes. Detur casus, & respondebitur. In ipso, vim legis habente, diplomate, jam olim in effectu disponitur, de jure retractus: & in verbis supponitur, quod alter prætendens, ratione prioris benefici

C 2

fici

y) exercit. 23. §. 64.

2) in diss. de præscriptione annali Jur. Lubec. §. 8.





ficii, in acquirendis bonis præferentiæ beneficia habeat, id quod omnino ipsum jus retractus, jam tum per consuetudinem obtinens, indicat. Ita autem PRINCEPS BUREVINUS:

*quicumque obtineat bona sua & obtenta possideat diem & annum, nullus debet vel poterit infringere pretendens rationem prioris beneficii.*

Et hæc dispositio in specie omnia retractus jura, ad annum & diem unicum naturalem, restringit & confirmat.

Servatur hodie hoc jus retractus sanctissime. Præjudicia multifaria, ex registratura sunt ad manus & oculos.

Cum in deductis sit sancitum, quod agrorum vicinus versus civitatem, excludat citeriorem, in medium profero quæstionem: quis duorum vicinorum in civitate quoad domus, præ altero habeat præferentiam? & puto, quod per sortem dirimenda quæstio videatur: in pari enim jure, ubi divisio non habet locum, aliud expediens vix erit inveniendum; nisi quis, pro citius sibi vigilante ex prioritate temporis, ad potius jus concludere vellet. Ab ipsa domuum distantia formare argumentum, naufraga foret subtilitas, de qua scripsit WAGNERUS *specialem dissertationem*. Quid si illi vicino jus retractus tribueretur, cujus domus proximior curiæ civitatis? Quum enim proximus civitati præferatur, is, inde, qui cordi seu centro urbis proximior, præcedat. Sed ut liticulæ brevior fiat finis, STRYKIO aa) qui illum præferendum vult, qui prior ad judicium provocat, accedo, salvo casu gratificationis, vel collusionis dolique. Dn. PRAESES mihi retulit, ex chartulario Facultratis, casum, nostrorum tempo-

aa) cit. l. §. 25.





rum, Hadelensem, in quo differentia situs, versus orientem, vel occidentem, fuit in lite agitata. Probetur ab allegante, quoniam non datur æterna veritas.

§. XVII.

Per artic. 28. statutorum, a collegiis opificum ac aliis tribubus, nec non usu juris civitatis sunt exclusi novi incolæ, donec in numerum civium rite sint redacti. Verba ita sunt concepta:

Fremde Persohnen, so allhier in der Stadt zu bleiben gewillet seyn, sollen von der Bürgerschaft, und also in die Aemter und Gilden nicht angenommen, noch denenselben der Stadt Freyheit und Gerechtigkeit zu gebrauchen verstattet werden, ohn und bevor sie ein viertel Jahr vorher das Bürger-Recht gewonnen, und sich der Stadt mit Eiden und Pflichten verwandt gemacht.

Terse hæc dispositio, quæ ex Jure Lubecensi, utut generalis ratio eam sustineat, originem videtur trahere bb), observatur, indeque, qui in senatorium ordinem vel aliud officium publicum recipitur, prius, præstito juramento consueto, in civium classem est recipiendus. Extra illum casum magistratus non-cives incolas omni jure civitatis, quasi dispensando sæpissime uti sinit, pro annua aliqua recognitione, quam vocant Schus-Geld. Ita antichac; jam enim videatur der Landes-Grundgesetzliche Erb-Vergleich cc).

§. XVIII.

Jus Mecklenburgicum & Lubecense illustratum, a  
C 3 Domino

bb) Lib. 1. Tit. 2.

cc) de 1755; §. 374.





*Domino* PRAESIDE editum, refert dd) præjudicium inter Pistorum Parchimenses, ex anno 1718.

Daß die Weiß- und Fast-Becker in possessione I quasi, gesortten Gut von Weizen, alleine zu backen, so lange zu schützen, bis jenseits, in petitorio, ein anderes erwiesen.

Est adhuc inter illos pistorum hæc differentia, quæ ex singulis tribuum privilegiis a Serenissimo Principe clementissime datis, per se elucescit. Obvenit mihi casus, quod quis ex ordine pistorum, ejus loci, absque discrimine, der Loß- oder Fast-Becker, panem cupiebat coquere ac vendere; Altera vero tribus denegabat receptionem simul in ordinem suum: quapropter ad Serenissimum Regnantem fundebantur preces, pro dando clementissimo privilegio, conficiendi panem Loß und Fast simul: quod quoque obtinebatur. Ipse enim autumo, quod si illa differentia ubique temporis & locorum, absque ullo discrimine, observetur rigidissime, in speciem facillime monopolii degenerare possit.

CAP. III.

DE

SPECIALIBVS, CIRCA RES.

§. XIX.

Convenit Juri Lubecensi ee) articulus statutorum 15.  
E. C. Rath gestehet niemanden liegende Gründe oder stehende Erbe, in- oder außershalb der Stadt, oder

dd) *Cent. II. jud. 76.*

ee) *Lib. 3. Tit. 6.*





ſie ſeyn ihm dann ordentlicher Weiſe, vor dem  
Stadt-Buche, verlaſſen worden.

Quo fraudibus venditorum occurratur & ne in duos una  
eademque res transferatur.

Præterea, ad omnem ſupprimendam fraudem, a ca-  
thedra ſacerdotali publice enuncianda ſunt immobilia  
transferenda, ſecundum ſtatutum artic. 19.

Wer unbewegliche Güter, es ſey, Haus, Aecker,  
Garten, Hopfen-Höfe, Wiefen und dergleichen ver-  
kauffen und verpfänden will, ſoll ſeinem Mitbürger  
in der Stadt erſtlich von der Cangel oder ſonſten  
auf andere Wege (per publica proclamata affixa)  
gebühlich anbieten.

In deſuetudinem vero hic modus, emtorem reddendi ſe-  
curum, abiit & receſſit, ex obſervantia: niſi inter contra-  
hentes expreſſe pacificendo deſuper facta ſtipulatio.

Diu igitur quaſitum eſt, an translatio domini im-  
mobiliū, ſive reſignatio judicialis, die gerichtliche Auf-  
laſſung, de qua B. KLEINIUS ſpecialem publicavit diſ-  
ſertationem, coram Ampliſſimo Senatu, civitatisque li-  
bro, ſit neceſſitatis, an tantum utilitatis? Perpetuus uſus  
poſterius affirmare videtur: ſiquidem ex arbitrio contra-  
hentum, vel coram Senatu, vel inter privatos parietes  
translata ſunt dominia, adeo, ut non exet exemplum,  
quod deficiente reſignatione publica, contractus in litem  
tractus, ſit pro nullo declaratus. Salvis interea manenti-  
bus cujuſcunque juribus.

Cum vero, non in favorem tantum privatorum,  
ſtatutum introductum, per omiſſionem huius requiſiti,  
tacitam vel expreſſam, ob concurrentiam, favori publico,  
non erit renunciatum. Militavit enim tamdiu præſum-  
tio





tio validitatis pro hoc statuto, donec abrogatio probetur. Translatio domini, rei immobilis, ante annos facta, ad discussionem aliquando pervenire quidem posset; sed ex biennio retro abhinc, cessat omnis disputatio, quoniam novissima provincialis lex ff) privatos ejusmodi contractus prohibeat, & translationem coram civitatis libro non peractam, pro nulla declaret.

## §. XX.

In constituendis vero hypothecis, in rebus immobilibus civium, illæ, civitatis libro non inscriptæ, secundum verba statutorum artic. 6.

Es soll hinfür keine Pfand-Verschreibung gültig seyn, es sey dann dieselbe in dem öffentlichen Pfand-Buche verzeichnet.

non simpliciter sunt nullæ, sed tantummodo effectu destitutæ excellentiori. Privatæ hypothecæ retinent objecta obligata: verum, qua privatæ, postponuntur publicis, quod declaratur, per verba artic. 18. Statut.

Wer vor dem Stadt-Buche sich Pfänder verschreiben läset, derselbe soll, allen andern Creditoribus, die sonst zu Recht nicht privilegiret, præferiret und vorgezogen werden.

Confirmatur, per recentem legem & pugnare videtur cum textu dubio Juris Lubecensis gg), quod hypothecæ aliâs, quam coram libro civitatis constitutas, vix agnoscat.

## §. XXI.

Onera, immobilibus imposita, seu realia, Parchimi sunt, præ multis civitatibus, tenuia. Præprimis in collectis

ff) Landes-grund-gesetzlicher Erb-Vergleich §. 371.

gg) Lib. III. tit. 4. §. 1.





lectis illis consistunt, quæ dicuntur Schoß, quæque secundum qualitates domuum determinantur. Audiantur verba statuti, art. 10.

Ein jeder Einwohner soll, vom Hause 1 fl. vom halben Hause 12. fl. von einer wüsten Stäte, darzu Acker, 8 fl. und wenn selbige befriediget, 12 fl. von einer wüsten halben Haus-Stäte, 6 fl. und wenn sie befriediget, 8 fl. ein Büdener 6 fl. und für eine jede Büden-Stäte, 4 fl. : : an Schoß zu geben schuldig seyn.

His oneribus realibus vero admodum pauca per consuetudinem accesserunt, ut, Nachwächter-Brunnen-Feuer-Ordnungs-Geld & præter hæc ibidem non dantur alia, quantum scio, immobilibus imposita onera ordinaria. In incolarum, a jurisdictione magistratus exemptorum, commodum hoc quidem, ast ad civium haud leve incommodum tendit: Ob multifaria alia onera e. gr. hospitationis militum, personaliter, hinc a solis civibus præstanda. Sed non inique plurima, qua personalia, præstant soli, cum ab exemptis lucrentur & faciant acquæstum.

§. XXII.

In viridi, Parchimi, est observantia, alienationis immobilium, videlicet agrorum, pratorum ac hortorum in extraneos prohibitio: quæ etiam convenit Juri Lubecensi hh). Tendit in bonum publicum & impedit distractionem conservandarum civitatis pertinentiarum. Utile foret, si quoque, ad analogiam Juris Lubecensis, ejusmodi immobilium oppignorationes prohiberentur; parant enim viam alienandi: Sed hætenus per observantiam licet,

D

§. XXIII.

hh) *Lib. 1. Tit. 2. art. V.*





## §. XXIII.

Si ab altero reluatur aut quomodocunque revocetur ager, per consuetudinem & observantiam necesse est, spectetur tempus. Non omni tempore enim cedunt agri, revocatur, utut, per pactum, quod alias dat legem, certum spatium adjectum, sed a possessore demum restituuntur, post tres messes, wenn er die 3te Saat, nach der Düngung, erhalten. Nil operatur contra hanc observantiam, quod ad præstandum interesse alter sit paratus: cum vatum interesse ac difficile & ad apices non determinetur.

## §. XXIV.

Ad politiam & curam Magistratus pertinet, ne per opera ædificanda deformitas, aut periculum aliquod civitati nascatur. Hinc in statutis artic. 27. invenitur providentia:

Wenn die augenscheinliche Erfahrung giebet, daß auch in den Haupt-Gassen der Stadt, grosse Zäune und Hafelwerke, zur Unzier und grosser Gefahr in Feuers-Nöthen, gemacht werden; so soll solches bey willkührlicher Strafe, hiemit gänzlich verboten, die aber solches bishero gethan, die Zäune wegzuräumen schuldig seyn.

Magistratus hanc dispositionem omnino habet ob oculos, strictissimeque observat, & ob rationis identitatem ad multos casus strenue extendit.

## §. XXV.

Ex verbis privilegii Burevini:

*datum est omnibus in terra morantibus quod nullum ad concilium quod Marcding vocatur sunt compellendi similiter ad jus feudale quod Lehnrecht vocatur sunt minime*





*nime compellendi sed tantum ad jus quod Manrecht  
vulgo sonat.*

Nunquam certissimus eruitur sensus. Mareding & Manrecht sunt expressiones, quarum definitiones non positive, sed tantum probabiliter exponuntur. Diversam significationem veteris vocis Manrecht suppeditat SCHOTTELIUS ii), & WEHNERUS kk). Explicant pro judicio Manni vel Malli, Feudali ex paribus curiæ constanti, & pro Testimonialibus liberratis, quæ ad acquirendum jus civium requiruntur. Nullus vero horum sensus, in ideam substrati Manrecht Parchimensis cadere potest, cum hæc e diametro contraria sit positio juris, quod nominatur Lehnrecht. Stat per meam sententiam opinio Domini FRANCKII ll) qui non inconcinne verba Lehn- & Manrecht, per jura feudalia ac allodialia in proprio sensu explicat. Absque ulla restrictione enim cives Parchimenses possident res. Habent dominia plena & ignorant, quales, effectus superioris domini directi, a superioritate territoriali diversi. Marc-dinc a veteribus pro speciali constitutione non accipiebatur, sed erat integer complexus statutorum & legum municipalium *Markt-Stadt-Bisshof-Recht* erant synonyma. mm) Inveterata obtrinebat consuetudo, apud veteres, quod condendo civitatem Princeps novis dabat ex gratia incolis, ambitum terræ, ad ædificandum, cum agris, pratis &c. ad colendum attamen cum reservatione domini directi, hinc qualis qualis a cultoribus præstationis in recognitionem domini directi.

D 2

cti.

ii) von unterschiedlichen Rechten in Teuschland, C. IV.

kk) in Observ. pract. v. Mannrecht.

ll) alt und neue Mecklenburg, Lib. IV. C. 9. p. 69.

mm) Schottelius cit. I, cap. IX.





cti. In hoc passu itaque tollebat *das* Maredinc, & contra veterem observantiam Princeps dominio directo renunciabat: adeo, ut simul omnes effectus juris feudalis, & specialiter, quod masculi, ad præstationes apti, tantum in feudum succedant, interirent. Verba notentur:

*equam partem habere debent file cum filiis in omnibus bonis tam feudis quam aliis & si non sunt filii præstari debent filiabus bona patris.*

Non recordor, quod in ulla civitate, qua tali adhuc feudalia proprie talia observentur principia, respectu immobilium a civibus possessorum. In nonnullis autem dantur adhuc fragmenta feudalia, licet degenerata: ad quæ annuos canones a possessoribus immobilium præstandos, non immerito refero. Nominantur *die jährlichen Amtes-Pächte*. Quod onus vero Parchimi est ignotum, & vigore dicti privilegii nunquam introductum. Sunt hæc talia specialissima, quæ ignorasse, nullum, in extraneo, est vitium. Incidit tandem, an *Mann-Recht*, sit jus sequelæ.

§. XXVI.

Defendendum suscipio, quod Parchimi inter conjuges universalis obtineat bonorum communio. Est in Privilegio Burevini dispositio:

*Concedimus ut ea que Herwede dicuntur & mulieria que Wiberade vocantur minime dentur sed hereditas est per medium dividenda.*

Per illam tollitur omne apud veteres usitatum discrimen bonorum, & æquales statuuntur portiones, inter conjuges. Quæ bonorum communio clarius firmatur, per artic. 26. statutorum:

*Wenn das Ehe-Bette beschritten, so sind die Güter, unter denen beiden Ehe-Leuten, gemein, und ist et  
ner*





ner für den andern, auch nach dessen Tode, zu bezahlen schuldig.

Errant, qui hanc communionem bonorum ad principia Juris Lubecensis restringere sunt conati. Invenire illud, credo, sedem in Jure Saxonico, quod majoribus nostris magis erat notum, & quidem in dispositione des Landrechts, Lib. I. art. 31. ibi:

Mann und Weib haben nicht gezwent Gut zu ihrem Leibe

& in art. 45.

Der Frau ist verboten, ohne des Mannes Urlaub, ihr Gut zu vergeben.

Unum est corpus bonorum, inter conjuges Parchimenses civicos, spectentur bona vel praesentia vel futura, in societate illata vel inferenda. Stabilitur hocce jus, per perpetuam praxin, & videas, quot velis praedicia, praepimis, quod extat in causa nupera, Janenzkyischer Creditorum, contra des debitoris Janenzky Ehefrau, coram illustri Dicasterio Provinciali ventilata. Videatur simul Jus Mecklenburg. & Lubec. illustrat. nn) Incidunt merito haec scribenti vel lecturo parœmiæ pragmaticæ, & naturæ, & verbo divino, convenientes. v. g. Wenn die Decke beschlagen, sind Mann und Weib gleich reich: Hut bey Schleier, und Schleier bey Hut: längst Leib, längst Gut: Der letzte thut die Thür zu &c. vid. dissert. Kresseniana, generalis, de æquitate successions conjugalis: & speciales, ad parœmias, una cum HERTIO & PISTORIO, HARTMANNI, KNORRII, MANTZELII, aliorum.

D 3

§. XXVII.

nn) Cent. I. judic. XIII.





## §. XXVII.

Prohibitæ sunt, mortuo conjuge, alterutro, superstiti secundæ nuptiæ, donec, existentibus liberis, portio statutaria assignata, *per artic. statutorum 25.*

Es sollen die Wittber oder Wittben, so sich wieder verheyrathen, und zur andern Ehe schreiten wollen, ehe sie noch Verlöbniß halten, vor den Waisenherrn, zusehenderst ihren Kindern, aus voriger Ehe, einen gebührlichen Ausspruch thun, und solches richtig verzeichnen lassen &c.

Portio hæc per §. præc. est dimidia bonorum, quæ inter liberos dividenda. Ad apices vero non est determinanda, neque superstes conjux ad edendum inventarium adstringitur; sed per inveteratam invaluit consuetudinem, quod conjux, præsumtionem amoris erga liberos pro se habens, tantum secundum conscientiam quantitatem massæ bonorum determinet, dividat; nisi dolus quasi palpetur manibus. Eo enim casu non immerito exhibitio inventarii injungitur. Distinctionem, inter matrem & novercam, observari, nullus dubito. Vetantur secundæ nuptiæ, & a R. Ministerio denegatur copulatio, donec coniux superstes, stans in novarum nuptiarum procinctu, partes expleverit suas, ut dictus artic. continuat: Wer darwieder handeln und es verabsäumen wird, soll, wie mit G. E. Ministerio schon verabredet, zur Frau nicht verstattet werden. Ita de jure salutari, cui praxin apprecamur perpetuam & non interruptam.

## §. XXVIII.

De successione desponsatorum, invenies præjudicium in Jure Mecl. & Lubec, illustr. oo) quod successio

oo) *cent. 1. jud. X.*





cessio secundum portionem statutariam non procedat, inter desponsatos, ante consummatas nuptias morientes. Concordat ubique cum statutis Parchimensibus: Quae determinant communionem bonorum; a tempore consecutionis thalami: §. 26. Wann das Ehe-Bette beschritten, so sind die Güter gemein. Participat itaque alter conjux ex alterius bonis, non prius, quam post completas nuptias; ergo non prius portionem illam statutariam lucratur. Rarissimus est casus: Hinc de observantia & præjudiciis frustra fui sollicitus. Habetur penes nonnullos, pro problemate Juris Germanici, donec obtiterit lex, vel statutum, vel constans praxis. Invenitur inter differentias Juris Sax. & Lub. Consulentes blandiuntur, partes transactiones præferunt. Ergo, *Vid. Dn. PRAES. Selecta Juridica Rosoch. pp)*

§. XXIX.

In collectione Jur. Mecl. & Lub. qq) D<sup>N</sup> PRAESES præjudicium de 1604 adfert, quod Parchimi testamentum, coram Parocho & duobus testibus confectum, sit validum. Rationibus, tunc temporis non adeo usitatis, caret decisum. Fuisse illud, *in cap. 10. X. de Testam.* insinuaturn exorbitans ad palatum & hierarchiam atque interessè Papae, ejusque fidelium, nulli dubitamus; sed deficit, postquam reformatio liberio rem dedit auram, praxis. Non ergo defensurus ero, ejusmodi irregulare testamentum; Afferere potius audeo, quod Parchimi doctrina de testamentis & praxis, secundum Romano-Caesarea principia, floreat ad amissim.

§. XXX.

pp) *Fasc. III. Spec. 9. qu. 5.*

qq) *Cent. IV. jud. 16.*





## §. XXX.

Viget Parchimi consuetudo pacti commissorii: Nam emtor rerum immobilium pretium integrum, intra annum non solvens, perdit, in poenam statutariam, summam pretii, jamjam soluti, eamque lucratur venditor. Casus legatur in Jure Mecl. & Lub. illustr. rr) Observantiam attestatur olim Magistratus, in relatione ad Augustum Principem de 1589 ss) his verbis:

Wird aber der Käufer, in der Bezahlung, vor der Verlassung, säummig, und in Jahr und Tag die Kaufsumman nicht säummlich bezahlen würde, so ist der Verkäufer, oder desselben Erben, ihre unverlassene Erbe und Gut, wiederum an sich zu nehmen befugt, und wird der Käufer desjenigen, was er auf das erkaufte Gut und Erbe erlegt, von wegen seiner Versäumnis, wenn solches zu Recht gelanget, vermöge dieses Stadt: Gebrauchs, verlustig erkannt.

In casu obveniente vero, me opinante, regula, salvis pactis, salva fide specialiter habita salvaque novatione, servanda videretur quidem, quod non liceat alterius damno fieri quenquam locupletiozem. Verum obstant, quae de damno, quod quis sua culpa sentit, & de fide servanda resonant in foro. Fiat igitur in compensationem interesse, & sit pretium perdendum illi proportionatum. Toleretur consverudo: Absit tamen rigor, ne de jirrationabilitate conquerendi detur occasio. Tribus: Applicetur caute & ad circumstantias hypotheseos.

## §. XXXI.

rr) *Cent. III. jud. LXXX.*ss) *de WESTPHALEN monum. ined. rerum Germ. praecip. Cimbr. Meg. T. I. p. 2052.*





## §. XXXI.

Mentio fit, in statutis, artic. 29. ordinationum, wegen Verlöbniße, Hochzeiten, Kind-Tausen, Kirchen-Gängen, Begräbniß, Holz und Feur. Sed non super-sunt illae. Unde specialia ex illis referre meas excedit vires.

## CAP. IV.

DE

## SPECIALIBVS, CIRCA ACTIONES.

## §. XXXII.

Stabilita est, in artic. 24. statutorum, per verba:

Wer von dem Nieder-Gerichte, durch Urtheil, Bescheiden, oder sonst beschwehret wird, der soll davon entweder stehenden Fußes, oder nachher, innerhalb 10 Tagen, vor einem Notario und Zeugen, an E. E. Raht zu appelliren zc. zc. schuldig seyn.

Appellatio, a iudicio inferiori civitatis, ad A. Senatuum: Inferius iudicium constituunt Judex, a summo principe dependens et Duumviri, ex Senatorio ordine, per periodos, successive electi. Dicta prima instantia appellatus aut viva voce, aut in scriptis, absque ullis singularibus solemnibus, præter ritum, quod appellans, stante pede, quatuor asses, den appellations-Groschen, illico offerat. Propter neglectam solutionem hujus arrhæ vero, ut autumo, appellatio non vitatur: Præprimis si iudicium appellantem, in actu appellationis, de ea non admonuit, sed sivit, absque injunctioe solutionis, eundem recedere. Opponebatur mihi, ut Advocato, ali-quando, ex hac omissione, solutionis arrhæ, defectus sole-mnium:

E

mnium:





mnium: ast appellatio inde non rejiciebatur, maxime ex fundamento, das Gericht hätte den Appellations-Größen fodern können. Alibi aliter. *vid. Dn. PRAESIDIS Diss. de appellatione, quæ sit stante pede, pos. 14.*

Coram hoc judicio interpositas appellationes ad cognoscendum Magistratus privative sibi vindicare solet. Defendit se in longinqua possessione, & non invenitur casus, quod ejusmodi appellationes ad Collegium quoddam Ducale immediate sint devolutæ. Omittuntur, loco compulsozialium, litteræ requisitoriales ad judicium a quo, pro edendis actis, prioris instantiæ, & appellans ipse acta sollicitat, producit: in eventu denegationis vero per mandata Serenissimi postulat eadem.

§. XXXIII.

Ex temporibus præcedentibus exstant exempla, quod ad preces alterius partis, a Magistratu electi concives, in litibus sententias tulerint. e. g. de 17. Maji 1707. a civibus Hans Greiffel & Jacob Leitow pronunciatum:

In Sachen N. N. contra N. N. in puncto gesund angeliehenen aber zunicht gerittenen Pferdes, erkennen die Bürger = für Recht &c. B. N. B.

d. 7. Jun. 1707. a Johann Lange und Hans Möller, pronunciatum:

Es erkennen die Bürger für Recht: würde Al. zu Recht erweislich machen, daß seine Mutter weder in den Kauf-Brief consentiret &c. B. N. B.

Stylus hodie mutatus & palpatur ille tantum in litibus, super fines agrorum & aliorum immobilium, praprimis, ocularis inspectio si fiat necessaria. Ita sententia d. 18. Octobr. 1756. a Stadt-Sprecher Stremwede und Hans Jürgen Leidhold lata:

Würde





Würde Klägerin, wie ihr obliegt, binnen Ordnungsfrist, rechtlich erweisen, daß, von ihrer Seite, das noch stehende Plank-Werk, jederzeit aus dem Grunde gang neu gemacht &c. V. R. W.

§. XXXIV.

Ritus, quando creditor in bona debitoris immittitur, sunt vetusti & plane singulares. Realem immisionem antecedit terties proclamatio ministri iudicii, de octo usque ad octo dies. Fit his solemnibus: Apparitor iudicii in loco judiciali exclamat:

Herr Richter! ist es so viel am Tage, daß ich eine Immission ausbieten darf?

Respondet Iudex:

Ja.

Minister continuat:

So will ich hiemit, in Sachen N. N. Klägers an Eienem, entgegen und wieder N. N. am andern Theil im Nahmen und von wegen Sr. Herzogl. Durchl. Herrn N. N. Regierenden Herzogs zu Mecklenburg t. t. imgleichen Bürgermeistere, Gericht, und Raht, Stadt-Sprecher, Gewerke, und ganzer Gemeine, der Stadt Parchim, eine gerichtliche Immission, in des debitoris N. N. immobilia &c. aufgeboden, und zum ersten (andern, dritten) mahl aufgerufen haben.

Peracta hac, ter iterata proclamatione, septem cives, ex quibus duo e senioribus der Stadt-Sprecher, a iudicio deputantur, quorum est iudicare; an omnia sint rite facta & an immissio possit realiter decerni. Cognoscunt, iudicant & iudex decernit immisionem, sequenti formula:

E 2

Immiss-





### Immiffions - Schein.

Wir N. N. verordneter Stadt-Richter, N. N. und N. N. Nahtsverwandte und p. r. Gerichts Assesores, uhyrunden und bekennen hiemit, daß der N. N. durch den Secretarium N. bey unserm Stadt-Gerichte gebührend vorstellensafen, welcher maßen er, seit = N. N. wegen = = Nthly, verklagen müßen, und er seine Klage durch schriftlichen Proceß in so fern ausgemacht, daß sein Debitor den = = zur Bezahlung des libellirten Capitals, nebst restirenden Zinsen und Unkosten, condemnirret worden. Wann aber Debitor nachher, auch bey der wieder ihn verhängten Execution, nichts zu bezahlen vermocht, sünde er sich nunmehr, da diese Sache, bis zur gerichtlichen Immiffion, ausgeführet worden, gemüßiget, um sothane Immiffion in des Debitoris unbewegliche Güter gebührend anzuhalten; bäte demnach, ihm damit zu seiner künftigen Sicherheit zu willfahren. Citari soler debitor, sed monitorie tantum. Hierauf haben die Bürger, nachdem sie sowohl aus des Debitoris obligatione de dato = = als auch den verhandelten Acten hinlänglich berichtet worden, für Recht erkannt, daß die gebetene Immiffion in Beklagten unbewegliche Güter, bewandten Umständen nach, allerdings staat habe, und Kläger pro quantitate debiti, wegen ausgeklagten Capitals, Zinsen und verursachten Unkosten, salvo tamen jure tertii, in Debitoris N. N. unbewegliche Güter ein- und anzuweisen sey, und haben diese Urtheil N. N. und N. N. eingebracht. Ist demnach im Nahmen Sr. Herzogl. Durchl., Herrn N. N. Regierenden Herzogs zu Mecklenburg r. E. E. Raths, Stadtsprechere, Gewerke und ganzer Gemeine der Stadt Parchim, klagender N. N. in seines Debitoris, des N. N. unbewegliche Güter, von Gerichts wegen, pro quantitate debiti, auf libellirtes Capital und Zinsen, ingleichen = = Nthly. = = hl. Proceß- und Immiffions-Kosten, salvo tamen jure tertii, immittiret, und an selbige angewiesen, auch ferner sothane Immiffion zu dreyen unterschiedenenmahlen, wie gebräuchlich, öffentlich aufgegeben





boten worden, und hat nunmehr N. N. sein Recht daran erlanget, dergestalt und also, daß er, die ex Immissione erhaltene immobilia, anzugreifen, zugebrauchen und zuverkauffen, und sich daraus, an Capital, Zinsen und Unkosten völlig bezahlt zu machen, guten Fug und Macht haben solle: Ubrkundlich haben wir, dieses Immissions-Instrument, mit eigenhändiger Nahmens Unterschrift und unsern gewöhnlichen Veranschaffen, wohlbedächtlich bestättigen wollen. Actum Parchim, den 20

N. N.	N. N.	N. N.
p. t. Prætor.	Senator.	Senator.
(L. S.)	(L. S.)	L. S.

Per talem actum creditori constituitur pignus prætorium, cum omni effectu. An idem sit per omnia talis, qualem habet adjudicatio Mecklenburgica, vetat clausula: *salvo tamen jure tertii.*

### §. XXXV.

Exstant Parchimi vestigia, vom Einlager. Interdicatur debitori moroso, ad certum tempus, egredi domo, sub pœna incarcerationis. Ubique provinciarum Megapolenium tumultuarius hic processus florebat: donec modus procedendi, per Ord. polit. imp. de 1577. tit. 17. in cancellos coerceretur, & exceptis nonnullis terris, plane abrogaretur. Fata obstagii Mecklenburgici habet B, L, in *Dni. PRAESIDIS scriptis passim.*

### §. XXXVI.

Restat referre, processum Parchimensem extreme executivum, qui audit in vernacula das Bürger- und Stapel-Recht. Objectum processus est debitum liquidum. Frugum, agrorum, messe peracta, & instituto ibi usitato festo, in quo Deo propter messem gratiæ aguntur, sequenti die Mercurii, Judicium inferius se consistit, postquam major compana pulsata, partes die præscripto citatæ, comparent. Causa cognoscitur, de simplici & plano, & debitor





bitor, si requisitum liquidi debiti invenitur, ad solutionem intra sex dies condemnatur. Effectus sunt, 1) quod nullum admittatur remedium suspensivum & 2) quod celerima detur executio. Lapsis itaque sex diebus, die Martis, an dem Dings- oder Rechts-Tage, Judicium format sessionem & decernit, de ipsa peragenda executione, id quod dicitur *Stapel-Gericht halten*.

Eodem die debitorem adit executor, & pro quantitate debiti arripit bona. Olim erat consuetudinis, hæc pignora in curru, quem vocabant *den Pfand-Wagen*, coercere, & sub dio, in loco penes curiam, asservare; inde ortum illud vocabulum *Stapel-Gericht*, a *stapeln*, vel *stafeln*, quod significat, res congruo loco congerere etc). Ex ejusmodi delatis fiebat creditori satis.

Ille mos rigorosus tandem, in exactionem morationem, per executores faciendam, est commutatus. Restricta igitur est subita illa executio, ob debita, quæ ex solis mobilibus debitoris veniebant solvenda. Hinc ad apprehensionem immobilium minime se unquam extendit, sed eo casu per gradus proceditur & saltus omnes evitantur.

§. XXXVII.

Hæc sunt, quæ, de speciall jure Parchimensi, pro tempore, edere potui. Concedo, me latere forte plura. Accipiat B. L. quæ in his continentur pagellis, quas augere & magis ornate ex curis secundis & ulterioribus exhibere vetarunt, Suerini exhibenda alia & Rostochii, instans, propter proximitatem diei promotionis,

Typographus.

tt) SCHOTTELIUS von unterschiedlichen Rechten in Teutschland, Cap. 26. §. 2. *Leg. Selecta Juridica Rost. fasc. I. p. 56. 112, item 168.*, ubi vom Stapel zu Schwerin.

TANTUM.



## ADDITAMENTA.

- 1) Codicillus civitatum Meckl quem allegavi, in dissertatione, conferatur pro lubitu. Ego non omnium potui habere rationem, sed quantum mihi de praxi constitit, allegavi.
- 2) In criminibus levioribus, poena Parchimi inveterata, delinquentem risui exponens, der *Spanische Mantel*, abiit in defuerudinem. Surrogata est poena carceris. Idem factum & alibi *vid. Dn. PRAESID. Ius crim. Meckl.*
- 3) In executionibus, quæ ultimum supplicium irrogant, Parchimi, observatur ritus, quod, prælecta sub dio delinquenti sententia, iudex album frangat baculum, *bricht den weißen Stab*, & enuntiat:  

*Das Urtheil ist gesprochen.  
Der Stab ist zerbrochen.*

*vid. n. 3 all. script.*
- 4) Communio universalis bonorum, obtinens Parchimi, inter conjuges, extendit se ad villarum, Camerae civitatis propriarum, rusticos, iurisdictioni Magistratus obnoxios.
- 5) Communio bonorum ista, Pensionarios autem, ad tempus bona civitatis rustica colentes, non afficit: licet ex pacto sint sub iurisdictione Magistratus.
- 6) Notabilis est Transactio & Privilegium Parchimense, de 1480. Habuit charta illa multa juridica. *Vid. exemplum in Select. Iurid. Rostoch. Fasc. I. spec. 8. p. 64, item in Iure Meckl. illustr.*



*illustr. Cent. V. jud. 13.* Vbi casus anno 1581. inde decifus testamentarius, & quidem ex verbis: een jewelich schal bli-  
ben bin sienen sterfiken Anfall: een redelich Testament een jee-  
welich doch dohn mag, mit beider Gründe Willen.

Per consuetudinem tamen contrariam, multitudine actu-  
um, diurnitate ac uniformitate hæc lex est emortua.

7) De jure detractus Parchimensi, auf den sechsten, achten, neun-  
ten, oder zehnten Thaler, *vid. Selecta all. p. 312.* ubi casus ex  
1597.

Hocce detractus jus floret adhuc hodie, regulariter ad  
decem thaleros, pro centum, nisi a Magistratu, ex ratione  
movente, aliquid remittatur. Vid. vero restrictio, im Lan-  
des-grundgesetzlichen Erb Vergleich §. 35.

8) *Dn. PRAESES* ex anno 1594. communicavit sententiam Par-  
chimenfem, die von denen Bürgern gesprochen, davon ſibel  
appelliret; unde Facultas eam confirmavit.

## PROBLEMAT A.

- 1) *An*, crescente Advocatorum numero, crescant lites?
- 2) *An* Minister ecclesiae Postillator, ein Postillen-Deuter, queat  
fiscali actione pulsari?



PRAE-



Rostock, Diss., 1755-58

X.2284307

ULB Halle

3

005 047 935









inches

Centimetres

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

17

20

1757/4

DISSERTATIO IVRIDICA INAVGVRALIS,  
EXHIBENS, QVAEDAM

SPECIALIA;  
IVRIS STATVTARII,  
PARCHIMENSIS.

QVAM,  
DEO CLEMENTISSIME ANNVENTE ET  
CONSENTIENTE

AMPLISSIMO IVRE-CONSVLTORVM ORDINE,  
IN ACADEMIA PATRIA,  
MECKLENBVRGENSI ET VARNIACA,  
PRAESIDE,

DN. ERN. IO. FRIED. Mantzeln,

SEREN. DVVIS REGN. MECKL. CONSIL.  
ET PAND. PROF. ORD. COM. PAL. CAESAR. FAC. IVR. SENIORE  
ET AD HVNC ACTVM DECANO,  
STVDIORVM SVORVM PROMOTORE BENEVOLO,  
A. O. R. MDCCLVII. DIE III. MAII,

PRO LICENTIA,  
IMPETRANDI DOCTORATVM VTRIVSQUE IVRIS,  
H. L. Q. C.

ADVERSVS PLACIDE DISSIDENTENTES,  
DEFENDET,

IO. CASPAR ERN. RINGWICHT,  
VMMI REGIMINIS ATQVE CANCELLARIAE DVVALIS, QVAE EST  
SVVERINI, ADVOCATVS ORD.

ROSTOCHII,  
LITTERIS ADLERIANIS.

